



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloquentiæ,

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XXXII. Enconium jejunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

XXXII. ENCOMIUM

Jejunii.

IN EXORDIO, *Explicabis infinitam Dei sapien-
tiam, quæ cum in hac rerum universitate, tum
in humani generis cura & moderatione conspi-
citur. Primò, quòd hominem justum & innocen-
tem produxit, gravissimè deinde lapsum miseri-
cordiæ suæ dextra sublevavit, eiusque res, per ve-
teris Adæ inobedientiam afflictas, per novi Adæ
obedientiam instauravit: demum, quòd cum ho-
mo à tam gravi casu creptus, hisce creatoris sui
beneficiis non solum non respondit, sed etiam di-
vina Lege violata, æterni judicis indignationem
in se concitavit, medium proposuit, quo pristi-
nam gratiam, jam per peccatum amissam, recu-
peraret, nimirum Pœnitentiam, cuius tertia pars,
Satisfactio, exsolvitur, Eleemosyna, Oratione, &
Jejunio.*

*In PROPOSITIONE dices, Te non dicturum,
nisi de Jejunio, neq; de omni jejunio: non de ma-
gno & generali, quòd nihil est aliud, quàm absti-
nentia à vitiiis: neq; de jejunio Philosophico, vel
Moralì, quòd est cibi & potus parsimonia, qua
temperatè etiam ab ETHNICIS secundum rectam
rationem vita instituitur: Sed de jejunio Eccle-
siastico, quò secundum certum & præscriptum
Ecclesiæ mor em certis diebus, & carniùm esu ab-
stinemus, & unica duntaxat refectione plena vel
prandii vel cœnæ contenti sumus.*

*Miræ landi-
bus plerique
SS. Patres
Jejunii con-
suetudinem
exornarunt,
Hom. II. de
Jejunio.*

CONFIRMATIONIS I. LOCUS, à Jejunii
dignitate & præstantia, quam docent SS. Patres
PRIMÒ, ab antiquitate, quòd in ipsa aded Para-
diso à Deo ipso sic institutum, & mandatum.
Hinc S. Hieron. lib. I. adv. Jovian. ait: *Adam in Pa-
radiso accepisse præceptum, ut cetera poma comedens, ab
una arbore jejunaret. & Basil. Quidquid verustate
pre-*

præcellit, idem venerabile est. Reverere igitur Jejunii
 canitiem. Tam vetus est, ut simul cum homine condi-
 to cæperit, in Paradiso præscriptum est, &c. SECUN-
 DÒ, ex eo, quod jejunium sit cibus Angelorum,
 & idèd jejunantes imitentur vitam Angelicam.
 TERTIÒ, quòd ipse Christus a Jejunio quadra-
 genario prædicationem suam inchoare voluit.

II. LOCUS, à multiplici Jejunii fructu. PRIMÒ,
 Valet ad coërcendam carnis lasciviam: idèd enim
 Paulus dixit: *Castigo corpus meum, &c.* Unde S.
 Cypr. de jejunio & tentatione, *Jejunii, ait, vitio-
 rum sentina siccatur, petulantia marcescit, concupiscentia
 languent, fugitiva abeunt voluptates Jejunium si di-
 scretione regatur, omnium carnis rebellionem edomat &
 tyrannidem gula spoliat & exarmat. Jejunium extra-
 ordinarios motus in cippo claudit, & arctat, & appetitus
 vagos dstringit, & ligat.*

SECUNDÒ, parat ac disponit animum ad re-
 rum divinarum contemplationem, & instituendas
 devotè preces ad Deum. Hinc Moyse 40. dierum
 jejunio animam præparavit, antequam ad Dei col-
 loquium auderet accedere. Elias 40. dies jejunio
 vacavit, ut Deum in monte Horeb quadantenus
 (sub specie auræ tenuis) contueri posset. Et Daniel
 trium hebdomadarum inedia se comparavit ad ex-
 cipiendas divinas revelationes.

TERTIÒ, Valet in peccatoribus, pœnitentiam
 agentibus, ad impetrandam peccatorum veniam,
 & placandam Divinam indignationem. Sic Achab
 impius, & Ninivitarum gentiles imminentem iram
 Domini jejuniorum miseratione (ut S. loquitur
 Hieron.) detorserunt; seu strictos jam Divinæ se-
 veritatis gladios à suis cervicibus propulsarunt.
 Jejunantes filii Israel cum Samuele Deum placâ-
 runt, & victoriam de hostibus retulerunt. Tem-
 pore Hester & Judith Judæi jejunio Deum pla-
 carunt, & liberati sunt ab excidio imminenti. Et

S. Athana-
 de Virgin.

S. Chryso-
 st. serm. de Je-
 junio.

Ad carnem
 edomandam
 utilis. libidi-
 nis faces ex-
 tinguit, ap-
 petitum ra-
 tioni, ratio-
 nem spiritus
 subicit.

1. Cor. 9. v. 28

Contra, ex
 crapula ini-
 tium omnia
 malorum est.

Vide P. Bol-

lar. Jejun.

c. 11.

Exod. 34.

3. Reg. 9.

Cap. 10.

3. Reg. 21.

Ion. 3.

Lib. 2. in

Ion.

Hest. 4.

Judith. 4.

S. Jo-

Lib. 3. 17.
Tertull. lib.
de Leuitio.

S. Joan. Evangelista, teste Eusebio, sapius se maceravit jejuniis, ut peccatori cuidam Deum redderet propitium.

Matt. 6. 18.
1. Cor. 9. 25.

QUARTO, Valet injustis ad expiandas peccatorum pœnas: quia ut alius voluntariis afflictionibus, ita sacris jejuniis maxime satisfacimus.

Vide lib. 51.
de præmiis
Virtutum.

QUINTO, Valet ad promerendam vitam æternam: nam Christus, exclusa gloria vana, in abscondito jejunante cœlestem promittit mercedem. Et Apostolus castigantem corpus jejuniis confert cum pugilibus in agone contendentibus: quod sicut hi ab omnibus abstinere, ut corruptibilem coronam accipiant; ita illi à cibis jejunt, ut coronam consequantur incorruptam.

1. Reg. 1.
2. Reg. 11.

SIXTO, Valet ad impetranda & promerenda bona temporalia. Judith & Hester jejunii beneficio patriam tyranni de & excidio liberarunt, Anna uxor Helcanæ filium Samuelem per jejunium impetravit. David jejuniis se afflixit, ut periclitanti filio vitam impetraret. Anachoretæ olim se veritate jejunii longissime vitam produxerunt.

Top. 3.
Matt. 17. 22
Epist.

SEPTIMO, Valet ad frangendam dæmonum potestatem. Sara à Dæmonio per jejunium liberata est. Et Christus ipse contra Dæmonis tentationes pugnaturus, longo se jejunio, (ut loquitur Ambrosius) armavit. Idem aperte docuit, acriora quædam Dæmonia non superari, nisi jejunio & oratione. S. Athanasius lib. de Virg. *Quisquis, ait, ab immundo spiritu vexatur, certum habere debet, hoc pharmaco jejunio, inquam, statim spiritus malas, afflictos abscedere, vim jejunii metuentes.* Quot sancti jejunii clypeo hostiles impetus propulsarunt?

OCTAVO, Valet denique ad colendum Deum. Legimus enim Num. 6. v. 12. Nazaræos voti religione obstrictos fuisse, ut abstinentia Deum colerent & unde & Amos 2. v. 12. graviter irascitur Deus filiis Israel, qui vinum illis propinarunt.

Deum;

Deinde in novi Testamenti foribus & primordiis, *Luc. 2. v. 37.* laudatur Anna Prophetissa filia Phanuel, quod nocte & die, *annis multis*, fuerit *serviens Deo in jejuniis & obsecrationibus*, ubi in Græco contextu vox est, *λατρεύουσα*, quæ significat Religiosum cultum. Adhæc S. Paulus ad Romanos *12. v. 2. exhibeat*, ait, *corpora vestra hostiam viventem, sanctam, &c.* quæ verba ab omnibus exponuntur de refrænatione carnalium cupiditatû, quæ maximè fit per jejunia: unde & Sancti Patres Jejunio appellationem sacrificii, oblationis, & cultu tribuerunt.

III. Locus, à necessitate: quia & in veteri & in nova Lege Jejunium est præceptum. Christus certe docet esse jejunandum, cum modum jejunandi præscribit. *Matt. 6* ait: *Tu autem cum jejunas, unge caput, &c.* præsupponens enim esse jejunandum, præcipit quomodo sit jejunandum, orandum, & pauperibus largiendum. *Quibus autem diebus*, ait S. August. *epist. 86. ad Cajulanum*, non oporteat jejunare, & quibus oporteat, præcepto Domini, vel Apostolorum, non jejunio definitum. Quare hac in re sequenda est hæc Regula ejusdem Augustini: *Quod universa tenet Ecclesia, nec consilium institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum, rectissimè creditur.* Ex jejniis autem Apostolica Traditione ad nos manantibus, meritò primum locum tenet Quadragesimale ante Pascha: quia id universa tenet, & hæcenus tenuit Ecclesia Catholica Romana, illudque Apostolicæ esse Traditionis SS. Patres aperte agnoverunt: imò S. Ambros. non semel (*ser. 35. 36. 38.*) notavit, id ab ipso Salvatore esse præceptum, ac idcirco necessariò servandum. Hinc jejunio auctoritate & necessitate proximum est jejunium 4. Temporum, quia juxta regulam Augustini, Apostolicæ Traditionis est, ac pro tali illud

Lev. 16. v. 31

Joel 2. v. 12.

Zach. 8. 19.

Eph 4. v 16.

Ioan. 3. v 7.

Lib 4. de

Bapt. contra

Donatistas.

Hieron. e-

pist. 54.

& in c. 9.

Matt. ser.

de Quadra

6. nu c.

Serm 2. de

jejun.

Pont. &

Serm. 8. de

jejun.

mensis. 10.

August. ep.

118.

vene-

veneratur B. Leo. Quibus autem Vigiliis, jejunandum sit, tum ex decretis Ecclesiasticis, tum ex more regionum & consuetudine populorum aestimandum est.

*Euseb. lib. 2.
dist. c. 27.*

IV. **LOCUS**, à *facili*, cum multum de jejuniorum veterum in Ecclesia quondam usitatorum severitate jam detractum sit. Nam **PRIMÒ**, majores nostri Feria 4. 6. & in Occidente etiam Sabbato, non solum carnibus abstinebant; sed etiam jejunabant: nos sublata Feria 4. cuius vestigia adhuc hærent in Monasteriis, & in Polonia, delectum tantum ciborum Feria 6. & Sabbato retinui-
MUS. **SECUNDÒ**, illi jejuniis sæpissimè conjungebant Vigilias, hoc est, nocturnos ad precandum Deum agebant conventus; nos unam & alteram tantum Vigiliam Nativitatis Domini ac Paschæ, nec dum integras retinuimus. **TERTIÒ**, illi ad horam 9. quæ nobis est 3. pomeridiana, jejunia relaxabant; per sacram verò Hebdomadam Paschæ, totamque Quadragesimam, etiam usque ad vesperam jejunia extrahebant: itaque cœnabant tantum, non prandebant. Nos autem relaxamus hora undecima, vel 12. & prandemus. **QUARTÒ**, illi unicam solum refectionem, eamque perpetuam jejunantibus indulgebant; nunc pleno prandio vespertina accessit refectionuncula, vel collatio, quam Ecclesiæ majores, doctissimiq; Theologi & Jureconsulti nec reprehendunt, nec damnant, quæ uti inducta videtur ne noceat potus, ita debet esse tenuissima, ne si in cœnam degeneret, omnis tandem jejunii severitas, relicto solo delectu, è medio tollatur. **QUINTÒ**, illi non abstinebant solum à carnibus, ovis, caseo; sed etiam piscibus, aromatibus, fructibus quibusdam terræ, vino, mulso, omniq; potu, qui inebriare posset, contenti holeribus, leguminibus, pane, sale, & aqua. Nos verò jejuniorum diebus ferè solis car-
nibus

nibus abstinemus: In quadragesima verò, licet non ubique etiam ovis, caseo, & lacticiis. **SEXTO**, illi, si Monachi essent, quos S. Augustinus, *de Bapt. lib. 2. de Jeju. Omnes, &c.* *morbis Ecclesie cap. 32.* vocat perfectos Christianos, per omnem vitam communiter omnes jejunabant. Quidam etiam in duos, tres, quatuor dies jejunia protraherent, solo pane & aqua victitantes. S. Augustinus de quibusdam etiam in urbe degentibus scribit, quòd *continuum triduum, vel amplius sapissimè sine cibo & potu duxerint. non viri solum sed & foemine, &c.* **SEPTIMO**, Veteres aut per paucos, aut nullos à jejunandi lege, maximè in Quadragesima exemisse videntur: nunc à Theologis & Iureconsultis multi aut *imbecillitatis*, aut *necessitatis* titulo hoc vinculo liberantur: *imbecillitatis* quidem, 1. pueri & adolescentuli usque ad 21. annum ætatis, &c. 2. senes septuagenarij, vel octogenarij, imò & sexagenarij. 3. ægri, & valetudinarii. 4. pauperes, & mendici. 5. omnes, qui jejunare non possunt. *Necessitatis* verò titulo multi eximuntur lege jejunii, non tamen delectus, ut fabri ferrarii, murarii, & lignarii, aurigæ, agricolæ, viatores iter facientes pedibus, & quotquot gravibus laboribus corpora fatigant. Athæc, qui exercent se operibus misericordiæ vel corporalibus vel spiritualibus proximo exhibendis, si jeiunt hæc pietatis officia commodè præstare non possint.

In EPILOGO hortaberis Auditores, ut ex dictis, & aliis sint ad jejunandum promptissimi.

XXXIII. INGRATITVDINIS VITUPERATIO.

EXORDIUM petatur à laude, qua memores beneficiorum affici solent: eos enim & pleno ore laudare, & summa benevolentia significatione complecti, & indes maiori beneficio cumulare studemus.

Pars. I.

I

PRC-